UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyanthea, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Vestis

urn:nbn:de:hbz:466:1-97211

Visual Library

bri[...]ſſe putantur, qui ſunt ſobrii? & non potius cum capite ambulare, aut ineb[...]nel autem nunquid amarum eſt? etiamſi ægrotantibus quibuſdam ac male affectis ita videatur. Non igitur in his res ita ſe habet, quem[ad]modum videtur patientibus. *In orat. de ſeipſo.*

Iamblichi. Sicut lumen naturaliter & aſſidue ſolem ſequitur: Sic veritas Deum, eiuſq; pediſſequos: præſertim cum perfecti pleniq; ſint, neq; egent, neq; poſſunt ſibi vltra, quam ſint arrogare. *De myſteriis.*

Rhegini. Vt ſolare lumen imbecillius & impotens viſus aſpicere nequit: Ita veritatem, idq; multo magis, infirma mens & inualida conſpectare non poteſt. *Apud Stobæum ſermone 2. de imprudentia.*

Theodoreti. Lumen hoc ſenſibile, quod oculis uſurpamus, ſiue ſol ſit, ſiue candela, intuentibus plane indicat, quid ſit aurum quid argentum, æs item, quoniam & colorum figuras, nec non plantarum atque animalium differentias idem docet. Sed hæc ſolum vident, qui habent acres oculorum obtutus: cœci nihil vident. His itaque ſimiles ſunt, qui veritatem intueri nolent, amant in tenebris ignorantiæ verſari, veluti aues illæ, quæ noctu tantum volant, vt vlulæ & noctuæ: hæ lucem odiunt, amant tenebras: Sed his quidem nemo ſanæ mentis indignetur atque ſuccenſeat: natura enim ab initio genus hoc vitæ illis addixit. Qui vero vltro ſeſe tenebris addicunt, nolentes cognoſcere veritatem, quomodo, quæſo, veniam conſequuntur? *Sermone 2.*

Thriueri. Quemadmodum ſol à nubibus ſæpe intercipitur, ſed nunquam funditus ſuffocatur: Ita veritas aliquando laborare poteſt, extingui vero nunquam. *In apoph.* 48.

Quemadmodum is, qui oculos ſibi effodit atque eruit, nunquam viſum recipere poterit: Sic qui veritatem odit, fieri non poteſt, vt aliquando reſipiſcat. Nam ſpiritus veritatis, mentis noſtræ lumen eſt. At ſi oculus noſter nequam fuerit, vniuerſum corpus tenebroſum erit. *in apoph.* 126.

Menandri. Vt illis, quibus dolent oculi, moleſtus eſt lucis aſpectus, gratæ autem tenebræ: Sic veritas ingrata eſt ſtolidis, mendacium autem ſuaue & gratum. *In Meliſſ. Ant. part.* 1. *ſer.* 22. & *Max. ſer.* 35.

Diui Auguſtini. Si veris falſa permiſceas, iiſdem ſæpe veſtigiis verum falſitas imitatur: Sic hominem ſimulat pictura verum, quæ coloribus exprimit falſas facies veritatis: Sic ſpeculi nitor vultum rapit, vt reuocet oculos intuentis. Sic offert proprios venientib. vultus: vt ipſa ſibimet inuicem faciem venientis occurrat: tantumq; valet immunda fallacia, vt ipſi ſe, quæ præuident oculi, quaſi in altero ſeſe cognoſcant. Ipſa quoq; vmbra cum ſteterit, imagines geminat, magna ex parte, mendacio diuidens vnitatem. Nunquid ideo verum eſt, quia figura mentitur? *Lib. 2. contra literas Petiliani, capite* 26.

Vt veritate ſunt vera, quæ vera ſunt: Ita ſimilitudine ſimilia ſunt quæcunq; ſimilia. Vt ego veritas forma verorum eſt, ita ſimilitudo forma ſimilium. *De vera religione.*

Thriueri. Ignis, quo pluribus lignis obruitur, eo magis accenditur: Sic & virtus & veritas, quo magis oppugnantur, eo magis emicant, atq; illuſtrantur. *In apoph.* 6.

Eraſmi Roterodami. Vt ſpeculum non reddit imaginem, niſi ſubſternas vitro ſtannum, aut æs, aut aurum, aut ſimile quippiam ſolidum, quod Imaginem non ſinet perfluere: Ita non niſi in animis ſolidis, & vera virtute nixis, relucet imago veri. *In Similibus.*

¶ Exempla Biblica.

Veritas odium parit *exempla:* Fratres Ioſephi. *Gen.* 37. *v.* 4. 8. Balaam, *Nu.* 24. *v.* 10. 11. Abimelech, *Iud.* 9. *v.* 2. Saul, 1. *Sam.* 20. *v.* 33. Baaſa, 1. *Reg.* 16. *v.* 7. Achab, 22. *v.* 27. 2. *Paral.* 18. *v.* 26. Aſa, 2. *Par.* 16. *v.* 10. Ioas, 24. *v.* 21. Ozias, 26. *v.* 19. Holofernes, & eius magnates, *Iudith.* 5. *v.* 24. 25. 26. Sedechias, *Ier.* 32. *v.* 3. Ioacim, 36. *v.* 23. Princeps Iuda, 38. *v.* 4. Babylonii, eo quod Daniel probauit, Bel non eſſe Deum verum, indignantur, eumq; in lacum leonum coniiciendum curant. *Dan.* 14. *v.* 27. Herodes, *Mat.* 14. *v.* 4. *Luc.* 3. *v.* 19. Principes Sacerdotum, & Phariſæi, *Mat.* 22. *v.* 45. Phariſæi & Legiſperiti, *Lucæ* 11. *v.* 53. 54. Principes Sacerdotum, & Scribæ, 20. *verſ.* 19. Mundus, *Ioan.* 7. *v.* 7. & 17. *v.* 14. Phariſæi, 9. *ver.* 28. Iudæi, 15. *v.* 24. *Luca* 4. *v.* 28. *Actorum* 7. *v.* 54. Principes Sacerdotum, 5. *v.* 33. Hoſtes Pauli, 9. *v.* 23. 29. Galatæ, *Galat.* 4. *v.* 16. Veritas tandem vincit, *Prou.* 28. *verſ.* 23. Veritas Chriſtus. *Ioan.* 14. *v.* 6. Euangelium, 2. *Pet.* 1. *v.* 12. Veritas cinctorium renum, *Eph.* 6. *v.* 14. Veritas Dei in promiſſionibus, *Gen.* 32. *v.* 10. Veritas in iudicibus, *Exod.* 18. *v.* 21.

¶ Profana Exempla.

Perſæ filios tam ſanctis moribus imbuerunt: vt illorum diſciplinæ nil addi poſſe videretur: & per omnes ætatis gradus illud præcipue ſuis inculcarunt: vt fugientes mendacium, vera ſemper loquerentur. *Herodot. l.* 1. & *Plutarch. libello περὶ τοῦ μὴ δεῖν νεῖζεσθαι.*

Idor Abbas veritatis ſtudioſiſſimus fuit. De eo tria commemorat Heraclides in ſua hiſtoria: quod nunquam ſit mentitus: nunquam alicui maledixerit: nunquam citra neceſſitatem locutus ſit. *Hera. Theat. Zving.*

Epaminondas Thebanus tam ſeuerus veritatis cultor fuit: vt ne ioco quidem mentitus ſit. *Alex. ab Alex. l.* 9. *c.* 10.

T. Pompon. eques Romanus, & amicus Ci[...] (q[...]guam Atticus dictus) mendaciũ nec ipſe dicebat [...] quapropter omnes ei res ſuas amici curandas c[...] conſiliumque ab eo de republ. deque rebus magni[...] *Nep.*

¶ Hieroglyphica.

AEgyptii *Veritatem ex humano corde guttur[...]* φημῶς indicabant, de quo vide prolixe apud *Pier. V[aler.]* 395. C.

Sol veritatis eſt hieroglyphicum, qua ratione [...] vnus eſt: duplicia enim & multiplicia ſunt veritati c[...] plex igitur ſit neceſſe eſt, quod verum cenſeri decet. [...] 44. *pag.* 430. *F.*

Quod ſi etiam AEgyptii, *Pomum Perſicum* a[...] *no tantum* pinxiſſent, *Veritatis id ſignum erat* [...] cies linguam cordi coniunctam oſtendit, ac penetr[...] pſius penetralia adaperiat, non aliud quippe ſentia[...] tur. *Pier. Valer. l.* 54. *pag.* 527. *F.*

Veſtis.

¶ DEFINITIO: ET ETYMO[...]

VEſtis, Græca dictio videtur, ἐσθὴς, ἦτος, ἡ. & [...] ſtimentum, & ἐνδύω, veſtio dicitur. Hebr. [...] pla, & diffluens, & excurrens. Veſtes amplæ & diffl[...] *Pſalm.* 55. 9. à verbo *Baghadh* præuaricatus eſt, ex[...] eſt metam, & excurrit ordinem, quemadmodum [...] diffluens ab incedentibus variè diſcurrit: vt in ma[...] heroinarum oblongis & diſcurrentibus veſtib[...] bus, quas Galli *robes à queue*, appelant, cernere eſt [...] *buſch* (vnde λώψ & λώπος indumentum) item *Ma[l]* *ſcheth*: à verbo *Labaſch*, induit veſtimenta, ind[...] *Salmah*, & *Simlah*, veſtis, veſtimentum, nomen ge[...] mnis quæ induitur, ſeu breuis, ſeu longa ſit. Vide [...] gue, *pag.* 890. 891.

Veſtem Iuriſconſulti diffiniunt eſſe, quicquid ind[uen]dendi, amiciendi, inſternendi, tegendi, accubandi gra[tia] [...] Sunt, qui velint veſtem & veſtimentum nihil differ[re] [...] diſtinguunt, quod veſtis generaliter dicatur, veſtimen[tum par]ticulariter. Alii dicunt, veſtimenta eſſe non modo [...] bombicina, ſerica, ſed etiam ſcortea, frondea, ſirpea, [...] quacunq; materia facta ſunt ad corpus tegendum. D[icta] veſtis, teſte Varrone, a velando, id eſt, tegendo, quod [...] eſt, tegat. Vnde & inueſtes imberbes dicimus.

¶ Biblici Loci.

Veſtis, quæ illicita, *Deuter.* 22. 1. veſtis viduæ [...] pienda, 24. 17. veſtis virilis mulieri illicita, & contra [...] auferenti, tunica danda, *Lucæ* 6. 29. Veſtem non ha[...] nam, qui duas habet, 3. 11. veſtis nuptialis, *Matth.* [...] Chriſti partiuntur milites, *Matth.* 27. 35. Veſtis in [de]ſerto non attritæ, *Deut.* 29. 5. Veſtes Adami & Ev[æ] [...] 3. 21. Veſtes varias ob cauſas ſcindunt: Ruben, Ge[n.] [...] *cob. verſic.* 34. Fratres Ioſephi, 44. 13. Ioſua, & Ca[...] Ioſua, *Ioſ.* 7. 5. Iephthe, *Iudic.* 11. 35. Vir de Beniam[in] [...] 11. 12. Dauid, 2. *Sam.* 1. 11. Iſraelitæ, 3. 31. Thamar, [...] ui eius, *verſ.* 31. Chuſai, 51. 32. Achab, 1. *Reg.* 21. *verſ.* [...] *Reg.* 5. 7. & 6. 30. Athalia, 11. 14. 2. *Par.* 23. 13. Eliac[im] 2. *Reg.* 18. 37. Ezechias, 19. 1. *Eſa.* 27. 1. Ioſias, 2. *Reg.* [...] Eſdras, 1. *Eſd.* 9. 9. Bagoa & Principes Aſſyriorum, [...] 14. 17. Mardochæus. *Eſth.* 4. 1. Iob, 1. 20. Amici, *Iob* [...] & eius filii, 1. *Maccab.* 2. 14. Iudas & eius exercit[us] [...] thas, 11. 71. Principes Sacerdotum, *Mat.* 26. 65. *Mar.* [...] Barnabas, *Act.* 14. 14. & 19. 22.

Veſtimenti fimbria, *Matth.* 14. 36.

Veſtitus mulierum qualis eſſe debeat, 1. *Tim.* 2. 9. [...] Veſtimenta ſacra, politica, domeſtica, facile diſtingu[...] *V. & N. Teſtamenti.*

¶ Sententiæ Biblicæ.

Non inducetur mulier veſte virili: nec vir vtetur [veſte fœminea:] abominabilis enim apud Deum eſt, qui facit hoc. [*Deutero-*] *nomii* 22.

¶ Patrum Sententiæ.

Nolo, vt de ornamentis auri vel veſtis propter [...] prohibendo ſententiam: niſi in eis, qui neque c[...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

…ri cupientes, cogitare debent, quomodo placeant … Poſſidon.

…ndum eſt, non in ſolo rerum corporearum nitore … ſed etiam in ipſis ſordibus lutoſis eſſe poſſe iactanti… periculoſiorem, quod ſub nomine ſeruitutis Dei decipit. I… ſerm. Dom.

…amentia eſt, effigiem mutare naturæ, picturam quære… propemodum in adulterio crimina ſunt. Ibi enim … natura adulteratur. *Idem, ibid.*

…orum ac veſtium inſignia, & lenocinia formarum, … & impudicis fœminis congruunt: & nullarum … cultus, quam quarum pudor vilis eſt, &c. *Cyprian. lib.* …

…, quæ virgo es, quæ Deo ſeruis: vince aurum, quæ … & ſeculum: nec montium aut veſtium quære orna…orum. *Idem, ibid.*

… manus Deo inferunt, quando id, quod ille formauit, & transfigurare contendunt: neſcientes, quia opus …, quod naſcitur: Diaboli quodcunque mutatur. *I*-

…rum Dei, mulier: ſi vultum tuum materiali candore … exquiſito rubore perfundas. *Ambroſius in Hexamer.*

… æque deuita, vt candidas: ornatus & ſordes pari mo… ſunt, quia alterum deliciis, alterum gloriare dolet. *Hier.* … Nep.

…um & linteamina, quibus tibi videris fulgidus & for… …ge te nudum, conſciſſum, ſordidum, mendicantem. *I*-

… mulier ſe ornauerit, & vultus hominum ad ſe prouo… nullum inde ſequatur damnum: iudicium tamen patie…: quia venenum attulit, ſi fuiſſet, qui biberet. *Hiero*

… pro ſola inani gloria veſtimentorum pretioſius quæri… …ſtatur: quia nemo vult ibi pretioſis veſtibus indui, vbi … poſſit videri. *Greg. in hom.*

…or vanitatis notitiam ingerit corpori. Exterior enim … interioris vanitatis indicium eſt. Mollia indumenta … mollitiem indicant: non tantum curarent corporis cultus, … neglecta fuiſſet mens inculta virtutibus. *Bern. in A*-

… & purpura indutæ, Chriſtum ſyncere induere non … auro & margaritis adornatæ, & monilibus, ornamen… & corporis perdiderunt. *Cyprianus libro de habitu vir*-

¶ Sententiae Philosophicae.

De veſtitu cultuq; corporis. Dial. XX.
Franciſci Petrarchæ.

Gavd.

…gie veſtior. R. Quæ pura ſunt, nuda videri amant. Mos … moribus abolere. G. Exquiſitiſſime induor. R. Pude… exterioris, quoties quid eo tegatur, cogitabis. Inſana … eſt fimum tegere purpura. G. Mundiſſime veſtior. …tabiſti, quid ille vir fortiſſimus apud Criſpum dicat: Mun… mulieribus, laborem viris conuenire? G. Veſtitus inſignis … R. Superbiæ vexillum, nidusque luxuriæ, G. ve… …aris ac inſolita eſt. R. Non obiiciam tibi ſacros paupe… …dos, & rigidos, atque hirſutis togis hybernum frigus ar… Scio quidem, quod peccatrix opulentia ſanctam ſpernit … Ille item ditiſſimus hominum, cuius altercatione retro … veſte non temere alia, quam domeſtica vſus eſt, ab … ſorore, & filia, neptibuſque confecta. Nam & hoc quo… ſcriptum eſt. Sic ille cunctorum dominus paucas qui… …que ſunctiſſimas fœminas fatigabat. Tu fortaſſis alio… …diſſunctiſſimas fatigas gentes. Tibi nent, tibi pectunt … Belgæ, tibi Perſæ, tibi Seres, tibi Indi, tibi Tyrius murex … fragrans bacca hiſpidis pendet arbuſculis, tibi oues aloi… …nicæ, tibi Indica ſandix rubet, vterque tibi ſudat Ocea… Auguſto autem vxor, & filia ſororque, cum neptibus. E… …creuit virtus, creuitq; ſuperbia. Si contrario delectaris, … modeſtiæ viluerint. In victu igitur ac veſtitu multi opti… …ſpum contempto, poſt peſſimos abiere, Caium & reliquos, … ventris ac tergo, nec ciuilis vnquam, nec virilis, nec Ro… …, nec humanus, ſed inſanus, & nunc fœmineus, nunc … ab omni autem parte profuſus atque monſtrificus cultus … Exquiſitiſſime induor. R. Operoſior ornatus, & ſuſpi… ingentis formoſis formæ gratiam imminuit, & fulgo… deformium mendas prodit, oculoſque prætereuntium ad … excitat. Itaque nulla re peius ſibi conſulit deformis … quam dum formoſus vult videri. Veſtis inſignior, cultu… …poris, qui ad famam quæritur, riſus mouet. G. Electiſſi… …ribus exornor. R. Natura rerum humana arte non vin… Sæpe etiam quaſi indignans ſe tentari, quo maiore niſu … tegiturque, eo magis attollitur, eminetque, natiuam mor… …puſculi fœditatem nec colores alterant, nec odores, quin aut magis conſpectam efficiunt, aut ſuſpectam. G. Pretioſis ac variis ornamentis ambior. R. Pone in pheretro aureo pallidum cadauer, gemmis illud oſtroque circun…, qu… plus orn…us, & plus erit horroris, neu, quod loquor, ad iniuriam trahas, origo nominis inquirenda eſt. Siquidem à cadendo dicitur cadauer, cur non mortui ſic viuentis recte dicitur? Nempe illud cecidit, hoc caſurum eſt caditque continue. G. Nouus & inſolitus cultus eſt mihi. R. Non eſt locus vt defleam, vtq; execret ludibria hæc habituum externorum, quos vobis ab extremis mundi finibus furibunda præſens ætas intulit. Sed dii homineſque male oderint has beluas humana effigie, ferino animo, lingua Latina, barbaricoue habitu, compto fœmineam ad molliciem capillo, moribus ad aprinam duriciem horridis atque incultis: hinc obſcœna corporum impudentiſſime detegentes, illinc mentium leuitatem vano vertice volucrum plumis extantibus, apertiſſime deſignantes. An vero tam vigiles magiſtri, an tam dociles diſcipuli plus odii mereantur, in dubio eſt, quorum ingeniis effectum vides, vt inter mimos duceſq;, inter ſcorta, & matronas prope iam nil interſit aſpectu. Nec dum ſiſtit, ſed indies ſerpens creſcit, & variatur inſania.

¶ Apophthegmata.

Crates à magiſtratu obiurgatus, quod præter leges ac morem Athenienſium ſindone veſtiretur, ait: Quid ſi Theophraſtum vobis oſtendam ſindone amictum? diffidentes, ac vt oſtenderet flagitantes, adduxit ad tonſtrinam, oſtenditque Theophraſtum, qui tum forte tondebatur, linteo amictum, quæ Græci à contegendis humeris ἀμόλινον vocant, ſubmonens, omnibus ad vſum vti licere. Nam ſi per ſe turpe eſſet vti linteis, ne in tonſtrina quidem eſſet honeſtum. *Laer. l. 6. c. 5.*

Stilpo videns Cratetem hybernis menſibus frigore rubentem: δοκεῖς, inquit, μοιχεῖαν ἔχειν ἱματίου καινοῦ. Lepos qui eſt in vocis ambiguo, Latine reddi non poteſt, καινοῦ coniunctim, ſonat, nouo: καὶ νοῦ diſiunctim, ſonat, & mente. Diſcrimen auribus vix ſentiri poteſt, ſcripto poteſt oſtendi. Videris, inquit, egere pallio nouo, ſiue pallio & mente. Nouam requirebat gelu mentem Cynici ſtultitia, qui veſtem non accommodaret tempori, *Laert. lib. 2 c. 12.*

Xantippe Socratis, cum vellet quandam veſtem induere, atque ſic ad ſpectandam pompam prodire, ille dixit: Hanc non ſpectandi cauſa, ſed potius, vt ſpecteris, habes. Notabat autem communem hominum conſuetudinem, qui cum in aliis, tum maxime in veſtitu nouitate delectantur, quo ab omnibus ob nouum & inſolitum cultum ſpectentur & celebrentur. *AElianus lib. de var. hiſtor.*

Socrates, cum iret, ab Agathone vocatus ad conuiuium, ſoleatus & vnctus, idque præter morem, & ab amico quodam obuio rogaretur: cur eſſet ſolito nitidior: ludens dixit: Vt pulcher eam ad pulchrum, cum nullius eſſet ab huiuſmodi affectibus alienior. *Eraſm. l. 3. apoph.*

Idem, pallii proſciſſam partem cum Antiſthenes multis ſpectantibus oſtendiſſet, ſpectandamq; dediſſet: Aſpicio, inquit, o Socrates, per ſciſſuram pallii tuam vanitatem. *Laert.*

Plato in Ariſtippum dixit, illi ſoli datum eſſe & pannis & chlamyde vti, quod apud Dionyſium in purpura ſaltauerat. Ad id alludens Horatius: Omnis, inquit, Ariſtippum decuit color. Hoc dictum quidam tribuunt Straboni. *Laert. l. 3.*

Muſonius volebat virum temperantem corpori quærere tegmen non ſumptuoſum, nec exquiſitum. Veſte nempe & calceamentis eodem modo vtendum eſſe aiebat, quo panoplia, nempe defendendi corporis gratia, non oſtentationis. Sicut igitur ea optima ſunt arma, quæ firmiſſima, quæque armatum tueri maxime valent, non inſignia & ſplendida: Ita amictus quoque & calceorum vſus, qui ſit corpori commodiſſimus, optimus eſt: & non is, qui ſtolidorum oculos poſſit in ſe conuertere, &c. *Stob. ſerm. de virtute.*

Antiſthenes. Diogenes cum ab Antiſthene Athenienſi petiiſſet tunicam ad depellendum frigus, iuſſit Antiſthenes, vt duplicaret pallium: ſic enim tunicæ ſpeciem præbiturum: Admonens, oportere hominem vno veſtitu contentum eſſe *Laert. lib. 6.*

Diogenes, cuidam ſibi placenti, quod leonis exuuio tectus incederet: Non tu deſines, inquit, virtutis ſtragulas pudefacere? Indecorum eſſe cenſuit, quod homo mollis Herculis amictum ſibi vendicaret. Idem dici poteſt de iis, qui prodigioſo amictu profitentur ſanctimoniam, vita non reſpondente. *Eraſmus ex Laert. libro ſexto.*

Idem, Cum adoleſcens quidam comptior Diogeni propoſuiſſet quæſtiunculam: Non tibi prius, inquit, reſponſurus ſum quam ſublatis veſtibus oſtenderis, vtrum maſculus ſis, an fœmina. Ex vultu parum virili, notauit illius molliciem. *Laert. l. 6.*

Idem. Apud Megarenſes cum videret arietes pellibus tectos aduerſus frigoris iniuriam, ipſorum autem filios nudos: Satius eſt, inquit, Megarenſis eſſe arietem, quam filium. Traditum eſt de Megarenſibus, quod indiligenter haberent filios ſuos. *Eraſm. ex Plut.*

Idem. Di[illegible]m quendam indoctum, ſed ſplendide veſtitutum, χρυσόμηλον [illegible]ellat, ho[illegible] quem aureo vellere. Nam tales fuiſſe proditum eſt à poe[illegible] qui minimum valerent ingenio, ouillis maribus, etiam prouerbio dicebatur. *Laert. l.6.*

Demonax, cuidam qui purpura indutus, ſeſe inſolentius oſtentabat, in aurem dixit. Heus tu! hoc ante geſtabat ouis, ouis erat. Significans illum nihilominus ſtupidum eſſe, ſi geſtaret purpuram. *Eraſ. l.8. apoph.*

Artaxerxis. Teribazus in venatu Perſicam veſtem dilaceratam oſtendit, conſulens quid faciendum eſſet? reſpondente autem Artaxerxe rege, aliam induendam. Vnam, igitur, inquit, mihi tradas oportet. Rex ſuam tradidit, dicens, Dono do tibi hanc veſtem, geſtare prohibeo. Teribazus vir minime quidem malus; ſed leuis præcipitiſq; conſilii, neglecta regis monitione, veſtem induit, muliebribus etiam ex auro donis quæ à rege acceperat exornatam. Hoc cæteris omnibus indigne ferentibus (nam ridere nefas erat) rex effuſe ridens: Tibi, inquit, vt mulieri aurum, at inſano regium amictum geſtandi ius poteſtatemque concedimus. *Eraſm. l. 6. 2. apoph. ex Plut.*

Archidamus. Cum Dionyſius Siciliæ tyrannus filiabus Archidami veſtes ſplendidas multique pretii dono miſiſſet; recuſauit accipere, dicens: Vereor hoc amictu puellæ mihi turpes videantur. Intellexit vir prudens, virgines nullo cultu melius ornari, quam ſimplici: porro ſericis, gemmis, & auro dehoneſtari magis quam ornari: propterea quod veſtium luxus arguit animum parum ſobrium, & intuentium animos ad libidinem ſolicitat citius quam ad honeſtam opinionem. Decet autem vt virgo ſit, nec vlla ex parte det corruptæ mentis ſignificationem. *Plut. in Lacon.*

Auguſt. Caſ. cum pro concione multos videret palliatos, indignabundus: En, inquit, Romanos rerum dominos, gentemq; togatam; Adeo ſtudebat priſcos renouare mores, vt habitum quoq; veſtitumque doluerit immutatum. *Eraſ. l.4. apoph.*

Idem, Purpuram Tyriam empturus, de obſcuritate querebatur, cumq; venditor diceret: Erige altius: & ſuſcipe. Ergone, inquit, vt me populus Romanus dicat bene cultum in ſolario ambulaturus ſum? *Macrob. l.2. c.4. Saturn.*

Idem, quantum potuit indumentorum luxuriam habuit odio, cuius dictum erat vulgatiſſimum, Veſtitus inſignis ac mollis ſuperbiæ vexillum eſt, niduſq; luxuriæ. *Sueton.*

Alexander Seuer. cum humili veſtitu contentus ſæpenumero incederet; reprehenſus ob id ab aulicis ſuis, reſpondit. Imperatoriam maieſtatem conſtare virtute non corporis cultu. *Lamprid.*

Idem, Gemmas omnes quas reperit in palatio, vendidit, & aurum in ærarium contulit; dicens viris gemmas vſui non eſſe: matronas autem regias contentas eſſe debere vno reticulo atq; inauribus & baccato monili, & corona in qua ſacrificarent, & vnico pallio auro ſparſo, & cyclade, quæ plus ſex vnciis auri non haberet. Hic cultus hodie vix ſufficit negotiatorum vxoribus. *Lamprid.*

Aurelian. Imp. petenti vxori, vt ſe vnico pallio ſerico vti ſineret: reſpondit: abſit vt auro fila penſentur, libra enim auri tunc libra ſerici fuit. *Bruſ. l.5. c.22.*

Alphonſus, quum veſtitu cultuq; corporis non multum diſcreparet à popularibus ſuis, admonitus à quodam vt regio ornatu incederet, reſpondit, Malo moribus & authoritate meos excellere, quam diademate & purpura. *Panorm. l.1. de reb. geſt. Alphon. Æn. Syl. de gestis dictis.*

¶ SIMILITVDINES.

Tertulliani. Aliæ quibus plane maior eſt palma omni vmbra & filo, non minus capite ſuo abutuntur, vt beſtia quædam magis quam auis licet pennata, breui capite, protracta ceruice, cætera altegradia. Hanc aiunt cum deliteſcendum habet, caput ſolum plane totum in condenſum abſtrudere, reliquam ſe in aperto relinquere, Ita dum in capite ſecura eſt, nuda qua maior eſt, capitur tota cum capite. Tales erunt & iſtæ, minus quam vtile eſt tectæ. *Lib. de velandis virginibus.*

Socratis. Quemadmodum equus generoſus non ex apparatu magnifico iudicandus: Sic nec vir bonus ex veſtitu & habitu corporis. *Apud Stob. ſer.1. de prudentia.*

Xyſti philoſophi. Veſtimentum putato eſſe animæ corpus tuum. Mundum igitur id conſerua. *In Enchirid.*

Incontaminatum cuſtodi corpus tuum, tanquam ſi indumentum acceperis à Deo: & ſicut veſtimentum corporis tui immaculatum ſeruare ſtude.

Senecæ. Quemadmodum ſtultus eſt, qui equum empturus, non ipſum inſpicit ſed ſtratum eius ac frena: Sic ſtultiſſimus eſt, qui hominem aut ex veſte, aut ex conditione, quæ veſtis modo nobis circumdata eſt, æſtimat. *Lib.2 epiſt.47.*

Laurentii Iuſtiniani patriarchæ. Sicut continens ac pudicus vilibus induitur veſtimentis, vt ſe oculis diuinæ maieſtatis exhibeat mundum: Ita impudicus ac incontinens, vt videatur magnificus ſatagit veſtiri precioſioribus ac mollibus. *In lib. de ligno vitæ, cap.5.*

Thriueri. Statuæ veſtes holoſericas ac purpureas non ſentiunt: tales oportet eſſe qui eas induunt. *In apoph 125.*

Optimi cibi gratiam condimenta diſſimulant: & pulcherrimam ſæpe formam luxuria veſtium obſcurat: Proinde condimen[…] eget niſi malus cibus, & veſtium apparatu duntaxat info[…] lier. *in apoph.100.*

¶ ADAGIA.

Cercyræa ſcutica. Κερκυραία μάστιξ.

Dicitur de re ſuperuacaneo cultu ornata. Quadrabi[…] quibus ornatus additur, neutiquam decorus & congruus.

Pellenæa tunica. πελληναῖος χιτών.

De priſco cultu, & obſoleta veſtimentorum forma dicitur.

Simia in purpura. πίθηκος ἐν πορφύρᾳ.

In eos, quibus dignitas additur indecora, vel, qui tame[…] fico cultu ſint ornati: tamen vultu moribuſq; inertiam [...] cordiam produnt.

Afra auis. Λιβυκὸν ὄρνεον.

Non inepte iacietur in hominem peregrino habitu [...]

Maniuolo vinculo χειροβρῶτι δεσμῷ.

Sic quiſpiam appellauit manicas veſtium, Ponticarum [...] nus offendant atterantq;.

Vetula.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLO[…]

VEtus, veteris, omn. gen. id quod eſt antiquum & m[…] norum, menſium, dierum ſignificat, Gr. παλαιός […] *Zaken*, Senex, adultus, *Zaknah*, vetula, anus, adulta, à […] ſenuit, ſenex fuit. 2. *Iaſchen*, vetus, vetuſtus: *Ieſchanah* […] bo *Iaſchen*, dormiuit profunde. Senectus enim & […] in plurimis eſt veluti vitæ ſomnus & veternus quidam. […] nominatur homo prouectus ætate, qui in multos anno[…] eſt: à verbo *Hatkab*, translatus eſt, prouectus eſt, & […] habet cum *Takahh*, fixit, id eſt, transferendo alior[…] culum. In dies enim migramus, vt in cœlis figamus ta[…] nacula. 3. *Kadmonah*, à verbo *Kiddem*, anteceſſit, ant[…]

¶ BIBLICI LOCI.

Vetularum officium quod, *Tit. 2.5.*

¶ APOPHTHEGMATA.

Pauſimachus, in paraſitum, qui ab anicula alebatur, […] cum anu conſuetudinem habet, diuerſum quiddam a[…] pſi vetulæ. Nam illum ſemper aliquid ventre concipere […] quam. Sentieas, illum ſubinde fieri ſaturum, illam man[…] *Eraſ. l.6. apoph.*

Pericles. Elpinice anus, quum Pericles Samum va[…] his verbis inſultauit: Admiranda ſunt iſta, Pericles, & […] randa, qui nos multis & fortibus ciuibus ſpoliaſti quum […] cibus nec Medis bellum intuleris, vt meus frater Cimo[…] ſociam, & neceſſitudine nobis coniunctam ſub imperi[…] rus eſſes. Hæc dicente Elpinice, ſubridens Pericles […] nimo illud Archilochi dixiſſe fertur: Vnguentum, […] ſere *Plut. in Pericle.*

Lamiam meretricem ſeneſcentem Demetrius rex […] rum ſobrie. Quum igitur de ea rex apud aliam, quæ […] batur, gloriaretur, & appoſitis bellariis diceret, Vides […] mihi mittat Lamia? Plura, inquit, tibi mittentur à ma[…] cum ea dormire. Notans anus ſolere donare iis, à qui[…] tur. *Eraſm. l.6. apoph.*

Vetuſtas.

¶ DEFINITIO: ET ETYMOLO[…]

VEtuſtas, Antiquitas cuius magna vis eſt, ἀρχαιότης […] & *Kedhmah*, à verbo *Kidulem*, de quo ſupra.

¶ SENTENTIAE POETICAE.

Propert. 3.1.

Omnia poſt obitum fingit maiora vetuſtas.
Maius ab exſequiis nomen in ora venit.

Ouid. 3. Pont. 4.

Scripta placent à morte fere: quia lædere viuo
Liuor, & iniuſto carpere dente ſolet.

Idem, Metam. lib.5.

Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa vetuſtas,
Omnia deſtruitis, vitiataq; dentibus æui
Paulatim lenta conſumitis omnia morte.

Mart. 5.

Eſſe quid hoc dicam, viuis quod fama negatur,
Et ſua quod rarus tempora lector amat?
Hi ſunt inuidiæ nimirum Regule mores,
Præferat antiquos ſemper vt illa nouis.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN